



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Impotens ad malum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

suavitatem Dei : & inuenietis illam solam esse  
dignam amore ; verum saporem , qui ob-  
satiet cor nostrum ; veram pacem , quæ men-  
tis quietet ac pacet.

O Divinitas Domini mei ! tua Infinitudo , tua Im-  
mutabilitas , tua Eternitas , tua divina Pulchritudo , ac  
cuncto sic absorbeat cor meum , ut mortuum sibi ipsi,  
tibi soli vivat.

## CONSIDERATIO

### II.

#### AMOR DEI,

##### *Impotens ad malum.*

Optimus gradus Caritatis est , languere utiliter , &  
mittere animam languidam , infirmam , & impoten-  
tem ad peccandum. *Anima cum primo amare incipit,*  
*languescit* , ait S. Thomas. Hic est primus  
gradus quem scandit anima in Scala Sancti Amoris,  
ut fugere , & inhabilem fieri ad peccandum. In-  
firmas hæc non est ad mortem , sed ad mortem mortis,  
scilicet peccati.

O quis mihi det sic languere & infirmari in omnibus  
partibus corporis , in omnibus facultatibus animæ ! ut  
languescam in intellectu , ne amplius cogitem , quod non  
conueniat : languescam in voluntate , ne amem ullam  
creaturam inordinato affectu. Languescant oculi , ut ad  
curiositatem cæcutiant : languescat lingua , ne  
loquatur aliquid inconueniens. Ac demique totus sim  
languidus , & semper languidus ad peccatum , ad diabo-  
lum , & ad carnem.

Languero , Domine , languero , neque curo sanari ab  
infirmis. *Gloriabor in infirmitatibus meis* : in-  
firmis omnibus gloria , & omne gaudium meum. Quia  
in infirmitate perficitur , & majus gratiæ robur  
acquirunt , & magis assecratur spes Gloriæ.